Compendium

HEBRAICÆ GRAMMATICAE,

Cui subiungitur Dictionarium Hebraicum è Concordantijs Hebræis, à M. *ANTHONIO REVCHLINO* Latinitate donatis, ea fide & diligentia excerptum, vt neq; dictio Hebraica vlla, neq; significatio vocabuli (modò in Concordantijs illis contineatur) desideretur.

Collecta sunt hæc omnia in Vsum Studiosorum Sacræ Theologiæ

A

LVCA OSIANDRO D.



WITEBERGAE

Excudebant Hæredes Iohannis Cratonis, 1581.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI CHRISTOPHORI Ducis VVirtenbergici & Teccensis &c. Comitis Montisbeligardi, &c. Domini mei clementissimi, Alumnis, Theologiæ Studiosis in Academia Tubingensi,

LVCAS OSIANDER D. Salutem dicit.

APVD OMNES RErum Theologicarum rectè peritos extra controuersiam est positum, optimi Iuuenes, non admodum fœliciter in sacrarum literarum explicatione versari eum, qui nullam omnino Hebraicæ linguæ cognitionem habeat. Ea verò paratur, & iam parta conseruatur, non sola Grammaticarum præceptionum cognitione, sed inprimis assidua Bibliorum Hebraicorum lectione. Ita enim fit vt & phrasium & vocabulorum propriæ significationes nobis fiant verè notæ & familiares. Ad eam rem cum indi-

carem opus esse dictionario breui, in quo tamen necessaria non desiderarentur, quod commodè (etiam à deambulantibus aut peregrinantibus) circumferri posset: libuit hac mea opera & vobis, & alijs studiosis gratificari: vt & tyrones, & ij qui iam minimè pœnitendos progressus in hoc studio fecerunt, haberent, quò aßidua Hebraicorum Bibliorum lectione solidam eius linguæ cognitionem vel consequerentur, vel eam quam essent consecuti, quodammodo alerent & tuerentur. Non deterreat autem lectorem varietas, vel etiam contrarietas significationum, quas videbit sæpe vni vocabulo adscriptas. Circumstantiæ enim cuiusq; loci in sacris Biblijs facilè attentum lectorem docebunt, quæ significatio sit eligenda.

Hunc verò libellum vobis potißimum, optimi Iuuenes, ea de causa de-

sa de-

ſa dedicare volui, vt ſub diſciplina doctiſsimorum virorum in ſtudio Theologico alacriter currentibus calcar adderem, quò cum cæteris diſciplinis liberalibus Hebraicæ linguæ cognitionem facilius & melius coniungeretis. Quandoquidem Illuſtriſsimus Dux Chriſtophorus, &c. Dominus meus clementiſsimus, pro eximia ſua pietate & liberalitate vos (centum quinquaginta magnæ ſpei Iuuenes) eo fine Tubingæ alit, clementiſsimeq́ fouet, vt Theologiæ ſtudio totos vos tradatis: in quo ſanè ſtudio citra Hebrææ linguæ cognitionem parum fœliciter ſudatur. Quare hoc labore meo fruimini, & valete.

Datæ Stutgardiæ, Calendis Ian. Anno Salutis humanæ 1569.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AVGVSTI Saxonię Ducis Electoris, quos in Academia Lipsensi & vvitebergensi ad studium sacrarum literarum alit, trecentis alumnis

IACOBVS ANDREAE S. D.

OPTANDVM ESSET, *vt quàm peruulgatum & tritum est illud Horatianum, Quicquid præcipies, esto breuis: tam ab omnibus omnium artium & disciplinarum professoribus obseruaretur, maximè verò illis, qui præcepta artium & linguarum iuuentuti tradere student. Sic enim animi dociles citò perciperent necessaria, eaq́ retinerent fideliter, vt deinceps inoffenso pede ad maiora procedere possent. Inuasit autem hic morbus in plurimorum animos, vt in docendo magis spe-*

ctare

ctare videantur, quæ ad ingenij & doctrinæ ostentationem, quàm ad erudiendam & vtiliter instituendam iuuentutem faciunt. Hinc adeò fit, dum ea docent, quæ supra captum auditorum sunt, aut numerum præceptorum in infinitum augent: vt iuuentus studiosa, artis vel linguæ difficultate proposita, ab ijs planè deterreatur, quæ aliâs breuissimo tempore propemodum sine labore addisceret. Vt interim nihil dicam, cùm eiusdem artificis sit breuiter et copiosè dicere, quòd nemo tã imperitus sit, quin intelligat, non omnia simul tradi posse, sed primò omniũ maximè necessaria docenda esse, quorũ facilitate ac simplicitate iuuentꝰ ad amorẽ studiorũ inuitetur et alacrior reddatur. Quo gustu percepto, deinceps etiam nemine vel monente, vel hortante, postquam ducem nacti sunt, in ea quoque diligenter accuratissiméque inquirant,

quæ prioribus non minus necessaria esse vident.

Quapropter meritò laudanda est opera Reuerendi & Clarissimi viri D. Doctoris LVCAE OSIANDRI, *qui in gratiam studiosæ iuuentutis ab initio breuissima, eaq; maximè necessaria præcepta Grammaticæ in Hebræa lingua addiscenda collegit. Quibus adiunxit Dictionarium, breue quidem illud, sub forma enchiridij perfectum, sed quod vocabula omnia Hebræa, eorumq; significationes omnes complectitur, quæ in Biblijs sacris continentur. Quo quidem vno ipse autor in pulcherrimo & longe vtilissimo opere & labore Bibliorum vsus est: quem vt aliquis doctorum virorum, exemplo Nicolai Lyræ, in se reciperet, diu optauit Diuus* LVTHERVS. *Verè enim hoc studiosæ iuuentuti polliceri possumus, quisquis sibi hunc libellum*

familiarem reddiderit, vt maximè vlterius non progrederetur, eum tamen deinceps cum summo fructu in lectione Bibliorum versari posse.

Nihil verò de huius linguæ dignitate dicam, quam præ reliquis omnibus sanctam multis nominibus iurè appellamus. Non modò quòd Dominus, qui est sanctißimus, cum sanctis patribus & Prophetis hac lingua locutus est: sed quòd ipsa quoq; lingua occulta sanctitate spirat, in qua veteris Testamenti libri Canonici conscripti sunt, in qua etiam turpe vel inhonestum vocabulum aut phrasis non reperitur. Cuius summa cùm sit simplicitas, quæ veritatis mater est, tam recondita tamen est intelligentia, & vocabulorum vis, vt huius breuitatem, quam alij fortaßis inopiam dicerent, nullius linguæ copia assequi aut eloqui poßit.

Quàm necessaria verò sit sacra-

rum literarũ ſtudioſis, hinc facilè intelligitur: quòd non modò veteris Teſtamẽti libri omnes Canonici, ſicut paulò antè dictum eſt, hac lingua primũ deſcripti, ſed Noui quoq; Inſtrumenti ſcripta ita comparata ſunt, vt niſi quis Hebrææ linguæ cognitione inſtructus ſit, infœliciter et in his explicãdis verſetur. Quod maximè in Paul. et Apoſt. Epiſt. manifeſtum eſt: vbi vocabula quidẽ Græca, phraſes verò magno numero Hebrææ ſunt, quod niſi diligens interpres animaduertat, non modò ineptus erit, ſed ſæpenumerò etiam à vera & germana verborum Apoſtoli ſententia, & voluntate ſpiritus Sancti aberrabit. Cùm igitur tantus theſaurus in tam breui Compendio comprænhenſus, & paucis nummis comparandus omnib. proponatur, quem etiam deambulantes ſine vlla moleſtia circumgeſtare, & perpetuò in manib. habere poßint ſtudioſi: intelligit iuuentus, pro tanto beneficio meri-

tò gratias immortales Deo agendas esse. Autoris quoq; grata vobis erit nominis memoria, quòd non modò ad linguã hanc discendam vobis Compendiariam viam monstrauerit, verumetiam, quod inueni D. Theologo propositum et pernecessarium est, aditũ ad scripturæ sacræ libros sine prolixis commentarijs legendos patefecerit, pulcherrimo illo Bibliorum opere, quod in Veteris Testamẽti libris absoluit: Et nũc in Nouo etiam perficiendo præclarè & cũ perpetua nominis sui gloria laborat. Cuius vsum tunc percipietis vberrimũ, si, quæ in hoc Compendio docentur, diligenter didiceritis, et vocabula Hebræa, cum significationib. eorundem (quorum certꝰ adeoq; exiguus numerus est) fideliter memoriæ mandaueritis. Quod vos eò maiore studio animiq; alacritate facturos confido, cũ præcepta vtriusq; linguæ tã Latinæ quàm Græcæ tanto numero

cum

cum infinitis propemodum exceptionibus (Vt de differentia διαλέκτων multiplici nihil dicam) improbo labore superaueritis. Vt hic labor in perdiscendo hoc Compendio longè breuißimo, quasi otium, & liberalis adeoq; suauißima recreatio sit futura, ab ista molestia, quae vobis necessariò ad vtriusque linguae cognitionem comparandam superioribus proximis annis deuoranda fuit.

Id cum factum fuerit, & Inclyto Heroi Augusto Electori, Saxoniae Duci, & harum regionum Ecclesiis & scholis gratulabimur, quae breui habiturae sunt trium praecipuarum linguarum, Hebraeae, Graecae, Latinae, cognitione instructißimam iuuentutem: quam non modò Ecclesiis & scholis harum regionum vtiliter praeficere, sed etiam quando opus erit, benedicente Domino, aduersus omnes veritatis hostes,

stes, Iesuitas imprimis (qui opinione eruditionis magis, ac hypocrisi etiam, quàm eruditione solida clari sunt) tanquam instructissimam aciem producere possint: qui non opinionum vanitate circumacti, sed solida scripturæ sacræ interpretatione & auctoritate, contradicentes veritati hostes conuincere & prosternere possint.

Dominus Iesus Christus sanctissimo huic instituto optimi Principis faueat: quod hoc breui epistolio quasi consecrare volui: Amen.

AD LECTOREM.

QVoties hoc ſignum ¶ Paragraphi in Dictionario occurrit, ſcias ſequentem dictionem Hebræam eſſe nouum thema: quod tamen maiuſculis literis (vt in alijs Dictionarijs fieri hactenus eſt ſolitum) ideo exprimere noluimus, ne opuſculum nimiùm creſceret.

COMPENDIUM HEBRAICÆ GRAMMATICAE.

Literæ apud Hebræos sunt viginti duę: quarum hæ sunt figuræ, appellationes & potestates. Scribuntur et leguntur à dextra sinistram versus.

א aleph, valet a e i o u, pro ratione puncti subscripti.

ב Beth, b.

ג Gimel, g.

ד Daleth, d.

ה He, h. est aspiratio lenior.

ו Vau, u. interdum, o. pro ratione puncti: fungitur interdum consonantis vice, vt v apud Latinos.

ז Zain, ds, vel z.

ח Heth, ch. est aspiratio fortior.

ט Theth, t.

י Iod, i. interdum e, pro ratione puncti qui subscribitur: fit etiam quandoq; consonans, vt i apud Latinos.

כ Caph, k, interdum ch. in fine dictionis sic pingitur, ך.

ל Lamed, l.

מ Mem, m. in fine dictionis hanc habet figuram, ם.

נ Nun, n. in fine dictionis sic scribitur, ן.

ס Samech, s.

ע Ain. a. e. i. o. u. prout punctum habuerit.

פ Pe, p. interdum ph: in fine dictionis sic formatur, ף.

צ Zade, z. in fine hac figura pingitur, ץ.

ק Cuph, k.

ר Res, r.

ש Schin, s. si punctum habuerit in fini-

ſiniſtro cornu: ſi verò in dextro, valet ſch.

ת Thau, th. interdum ferè vt ſ enunciatur.

¶ Cauendum autem tyroni, ne ſimilitudine quarundam literarum fallatur.

De punctis vocalibus.

PVncta, quæ vocalium vice literis vel ſubſcribuntur, vel inſcribuntur, ſunt hæc:

ַ ſub litera, vocatur pathah, & valet a clarum.

ָ ſub litera, Kametz appellatur, valet a obſcurum & cum o mixtum.

ֶ ſub litera, Sægol dicitur, valet e craſſum.

ֵ ſub litera, Zere. eſt e ſubtile & gracile.

ֹ ſuper literam, Holem vocatur, & eſt o.

 . ſub

ִ sub litera, Hirec appellatur, & valet i.

וּ in ventre literæ vau: vnde tale vau dicitur, vau ſurec, valet v.

ֻ ſub litera, Kybutz dicitur: & valet u, ita vt ſit quaſi vox media inter u & i.

ֳ ſub litera, vocatur Hatephkametz: & eſt o breue.

ֲ ſub litera, Hatephpathah dicitur: & eſt a breue.

ֱ ſub litera, Hateph ſægol vocatur & valet e breue.

ְ ſub litera, Scheua appellatur, & eſt e: quod raptim (ita vt vix audiatur) eſt pronunçiandum.

COMBINATIONES VOCAlium cum conſonantibus.

	u	u	o	i	e	e	a	a
&c.	אוּ	אֻ	אֹ	אִ	אֵ	אֶ	אָ	אַ
	bu	bù	bo	bi	be	be	ba	ba
&c.	בוּ	בֻ	בֹ	בִ	בֵ	בֶ	בָ	בַ

DE PVNCTO DAGES, ET de literis בְּגַד כְּפַת

Punctus Dages ventri literarum inſcribitur: nec tamen eſt vocalis, ſed aut fortificat literam (aliâs lenius proferendam) aut duplicat. Inſcriptũ dages ſex hiſce literis בְּגַד כְּפַת talem efficit earum pronunciationem. בּ valet b. גּ valet g. דּ valet d. כּ. valet k. פּ valet p. תּ valet t. Remoto verò Dages, ב pronunciatur ferè vt v conſonans. ג vt gh. ד vt d leniſsimum. כ vt ch. פ vt ph. ת vt th: & ita quidem, vt literæ ſ quàm literæ t ſit ſimilior. Reliquæ literæ (hoc puncto ventri inſerto) quaſi duplicatæ eſſent, proferuntur, vt מִלָּה milla.

Cæteris literarum multiplicibus diuiſionibus tyro huius linguæ in limine non eſt offendendus: præſertim cum plæræq; nihil fere vtili-

tatis habeant. Officia vero literarum seruilium in fine huius opusculi tradentur.

DE PARTIBVS ORATIONIS.

FAciunt Hebræi tantum tres præcipuas orationis partes, sub quibus tamen omnes comprehendunt: Nomen scilicet, Verbum (sub quo participia recitantur) & Consignificatiuam dictionem: qua parte Articulos, Pronomina, Aduerbia, Præpositiones, Coniunctiones & Interiectiones complectuntur.

Sunt enim horum omnium vocabulorum non multa.

DE NOMINE.

NOmina pleraq; sunt verbalia, & formantur his literis, הֶאֱמַנְתִּי vel ab ini-

ab initio, vel à fine dictionis, adiectis: vt à verbo צָדַק iustus fuit, fit צְדָקָה Iusticia, à כָּזַב mentitus est, fit אַכְזָב mendax: à שָׁפַט iudicauit, fit מִשְׁפָּט iudicium: à שָׁלַט dominatus est, fit שִׁלְטוֹן dominium: à לָמַד didicit, תַּלְמִיד discipulus: à מָלַךְ regnauit, מַלְכוּת regnum: à שִׁלֵּשׁ tertio fecit, fit שְׁלִישִׁי tertius.

Cuiuscunq; autem speciei sint nomina Hebræa, fœminina vt plurimum in singulari numero in ה definiunt: Masculina varias habent terminationes. Gentilia tamen Masculina ferè in י finiunt, vt עִבְרִי Hebræus: fœminina verò gentilia in ית vt עִבְרִית Hebræa.

Non comparantur nomina, nisi adiectione vocabuli יוֹתֵר magis, aut apposita litera מ: aut adiecta voce מְאֹד valde. vt טוֹב bonus: יוֹתֵר טוֹב melior: item טוֹב מִמֶּנִּי melior me: טוֹב מְאֹד optimus.

 Ma-

Maſculina regulariter in plurali in ים deſinunt. vt אֲנָשִׁים viri: Fœminina in וֹת וֹ vt עֲטָרוֹת coronæ.

Diſcernuntur autem Caſus non variatione vltimæ ſyllabæ: ſed adiectione Articulorum.

Sunt autem hi Articuli: הַ eſt proprius Articulus Genitiui caſus, (tametſi interdum alijs etiam emphaticè præponatur) לְ eſt Articulus Datiui: אֵת verò Accuſatiui caſus. Vocatiuus caret Articulo. מ vel מִן præponitur ablatiuo. Suntq́; hi Articuli generis omnis, & vtriuſq; numeri,

Sic autem regulariter declinantur Nomina. Singulariter, Nominatiuo מֶלֶךְ Rex. G. הַמֶּלֶךְ Regis. D. לְמֶלֶךְ Regi. Accu. אֶת־מֶלֶךְ Regem. V. מֶלֶךְ ô Rex. Abl. מִמֶּלֶךְ à Rege. Pluraliter, N. מְלָכִים Reges. G. הַמְּלָכִים Regum. D. לִמְלָכִים Regibus.

bus. Acc. אֶת מְלָכִים Reges. V. מְלָכִים ô Reges. Abl. מִמְּלָכִים à Regibus.

Notandum: quando duo Nomina in conſtructione iunguntur, ita vt alterum ſit genitiui caſus, tum puncta vocalia aliquantulum mutantur: & fœminina ſingularia in ה deſinentia, mutant ה illud in ת, vt צִדְקַת יְהוָה pro צְדָקָה יְהוָה· Iuſticia Domini. Et Pluralia maſculina in ים deſinentia, abijciunt ם: vt דִּבְרֵי הַיָּמִים verba dierum, pro דְּבָרִים הַיָּמִים. Idē fit etiam, quando pronomina affixa cum vocabulis iunguntur vt דְּבָרֶיךָ verba tua, pro דְּבָרִימְךָ. Habent enim Hebræi quædam Pronomina, quæ vna tantum litera, aut ſyllaba conſtant: ea, niſi nominibus aut verbis in fine affigantur, ſeparatim nihil ſignificant: de quibus ſuo loco copioſius dicetur.

Nomina Dualis Numeri (quo-

rum pauca admodum ſunt)in Aim ferè finiunt, vt יָדַיִם duæ manus. רַגְלַיִם duo pedes. אָזְנַיִם duę aures,&c.

DE VERBO.

HEbræi à tertia perſona præteriti coniugare incipiunt. Conſtat autem tertia illa præteriti perſona primæ coniugationis regulariter ſemper tribus (nec pluribus nec paucioribus) literis, quas radicales vocant: eaſq; docendi gratia, exigunt ad normam verbi פָּעַל, ita vt primam literam (qualiſcunq; ſit) cuiuſq; verbi appellent Pe: alteram Ain: tertiam verò Lamed.

Verborum autem alia ſunt Perfecta: quæ inter coniugandum ex prædictis tribus radicalibus literis nullam abijciunt, nullam mutant, nullam duplicant, nullam in pro-

pronunciando diſsimulant: neq; ea verba pluribus quàm tribus radicalibus literis conſtant. Alia ſunt Imperfecta verba. Imperfecta vero non ſunt vnius generis: ideoq; aliquot ordinibus inter ſe diſtinguuntur: neq; tamen à Perfectis tantum variant, quantum prima fronte tyroni videri poſsint. Recitabimus Ordines: non vt huius linguæ Tyrones deterreamus: (reuera enim non magna eſt difficultas in coniugationibus, cum etiam Imperfectorum verborum aliquot tempora nihil planè differant à Perfectis (ſed vt melius intelligatur, iuxta quam formam coniugationis) quas ad calcem huius Compendij omnes adiecimus) vnumquodq; verbum ſit flectendum.

DE ORDINIBVS verborum.

Primo

Primo ordine continentur verba Perfecta, de quibus paulò antè dictum est: quæ literas radicales non mutant, vt פָּקַד.

Secundus ordo habet ea, quorum prima est Nun: & vocantur Defectiua Pe nun: quia in quibusdam temporibus Nun abijciunt, tale est נָגַשׁ.

Ad tertium ordinem referuntur quorum prima radicalis est aleph: vel iod: & vocantur Quiescentia pe aleph, & quiescentia pe iod, quia aleph & iod, tametsi scribantur, non tamen leguntur, sed quasi quiescunt: talia sunt, אָכַל & יָדַע.

Quartus ordo habet verba, quorum secunda radicalis est vau vel iod: hæc vocantur, qoiescentia ain van & quiescentia ain iod: cuiusmodi sunt, קוּם & גִּיל.

Qnin-

Quintus habet ea, quorum tertia radicalis eſt aleph vel he: & referuntur inter quieſcentia, vt קָרָא & גָּלָה.

Sexti ordinis ſunt, quæ ſecundam radicalem duplicant, vt סָבַב.

Ad ſeptimum referuntur, quorum prima radicalis eſt nun vel iod, & tertia eſt aleph vel he: talia ſunt אָפָה יָפָה : נָטָה : : יָרֵא : נָשָׂא.

Octauus ordo ea habet, quæ quatuor aut pluribus radicalibus literis conſtant, vt פִּרְגֵּם כִּלְכֵּל.

DE CONIVGATIONIBUS.

Sunt apud Hebræos quatuor coniugationes: quarum trium priorum quælibet habet ſuam paſsiuam: quarta vero ſimul actiuæ & paſsiuæ eſt ſignificationis.

Ac coniugari poteſt & ſolet quodlibet verbum regulariter (præſertim

ſertim ſi ſit actiuum) in omnibus prædictis ſeptem coniugationibus. Atq; pro ratione coniugationum verbum mutat ſuam ſignificationem aliquantulum, vti exempla docebunt.

I. Prima coniugatio vocatur Kal: ac verbum in hac coniugatione ferè aliquid leuiter & ſimpliciter fieri ſignificat: vt אָכַל comedit. Huius paſsiua vocatur Niphal נֶאֱכַל comeſtus eſt.

II. Secunda eſt Piel. Hæc auget & intendit ſignificationem, vt אִכֵּל deuorauit Eius paſsiua vocatur Pual, vt אֻכַּל deuoratus eſt.

III. Tertia appellatur Hiphil. Hęc plerunq; ita auget & intendit ſignificationem, vt actio etiam in aliam perſonam aut rem tranſeat, vt הֶאֱכִיל fecit vt alius comederet, id eſt, cibauit. Huius Paſsiua dicitur Hophal. vt הָאֳכַל cibatus eſt.

IIII.

III. Quarta vocatur Hithpael. Verba in hac Coniugatione reciprocam habent ſignificationem, quæ partim eſt Actiua, partim Paſſiua, vt הִתְאַבֵּל comedit ſeipſum, vel comeſtus eſt à ſeipſo. Hæc non opus habet Paſſiua, quia ipſa paſſiuè etiam ſignificat.

Obſeruandum, quod verba quę in prima coniugatione neutra ſunt, ea in ſecunda aut tertia ſignificant actiuè: vt קוּם ſtetit: in ſecunda coniugatione קִיֵּם, ſtatuit; צָדַק iuſtus fuit: הִצְדִּיק iuſtificauit.

Vtuntur Hæbræi Generibus (maſculino, fœminino & communi) etiam in verbis: ita vt aliter vox efferatur, quæ de maſculo, aliter ea quæ de fœmina aliquid affirmat: quædam voces ſunt generis communis, vt exemplum primæ coniugationis perſpicuè declarabit.

Cæterùm nō niſi indicatiuum, Imperatiuum & Infinitiuum habent: reliquos modos per hos circumloquuntur.

Indicatiuus non habet niſi præteritum & futurum tempus: præſentis vice funguntur interdum participia, interdum præteritum. Sub vnico præterito perfecto etiam Imperfectum & pluſquamperfectū comprehenduntur.

Imperatiuus præſens tempus tantum habet.

Infinitiuo (qui & ipſe vnum tantum tempus, præſens ſcilicet habet) coniungunt etiam Gerundia.

Participia duo, Præſens & pręteritum, coniugationi inſerunt.

Eſt autem talis ratio coniugationum omnium, vt ſi quis primam perfectam actiuam (Kal appellatam) rectè nouerit, is reliquas facilimè diſcat & teneat. Nec

Nec enim tanta eſt diuerſitas in
oniugationibus, quantam multi
ɔi imaginantur. Nos primæ a-
iuæ exemplum oculis ſubijcie-
ıus, cum interpretatione Vocum:
eliquarum omnium formulas bre-
iter, ſed ſufficienter tamen deſcri-
ɔtas ſub finem huic opuſculo ſub-
ıectemus.

CONIVGATIO KAL VERbi perfecti פָּקַד.

Nota. Litera M, genus maſculinum: F, fœmininum: C verò, commune deſignat. Coniugatur autem hoc modo & ordine.

¶ עָבָר Id eſt, Præteritum, פָּקַד viſitauit, M. פָּקַדְתָּ viſitaſti, M. פָּקַדְתִּי viſitaui, C. פָּקְדוּ viſitauerunt, C. פְּקַדְתֶּם viſitaſtis, M. פָּקַדְנוּ viſitauimus, C. פָּקְדָה viſitauit, F. פָּקַדְתְּ viſitaſti, F. פְּקַדְתֶּן viſitaſtis, F. ¶ בֵּינוֹנִי id eſt Participium præſens, פּוֹקֵד viſi-

tans, M. פּוֹקְדִים visitantes, M. פּוֹקְדָה vel פּוֹקֶדֶת visitans, F. פּוֹקְדוֹת visitantes F. ¶ פָּעוּל id est, Participium præteritum, פָּקוּד visitatus, M. פְּקוּדִים visitati, M. פְּקוּדָה visitata, F. פְּקוּדוֹת visitatæ, F. ¶ מָקוֹר id est, Infinitiuus, פָּקוֹד visitare, בִּפְקוֹד in visitando, כִּפְקוֹד secundum visitandum: id est, cum visitaretur, לִפְקוֹד ad visitandum. מִפְּקוֹד à visitando. ¶ צִוּוּי id est, Imperatiuus: פְּקוֹד visita, M. פִּקְדוּ visitate, M. פִּקְדִי visita, F. פְּקוֹדְנָה visitate, F. ¶ עָתִיד id est, Futurum, אֶפְקוֹד visitabo, C. יִפְקוֹד visitabit, M. תִּפְקוֹד visitabis, M. נִפְקוֹד visitabimus, C. יִפְקְדוּ visitabunt, M. תִּפְקְדוּ visitabitis, M. תִּפְקוֹד visitabit, F. תִּפְקְדִי visitabis, F. תִּפְקוֹדְנָה visitabitis, F. תִּפְקוֹדְנָה visitabunt, F.

Obserua quòd in futuro, secunda persona singularis masculini gene-

generis, & tertia ſingularis fœminini generis eodem vocabulo, ſeu ſub vna forma exprimantur. Item ſecunda & tertia fœminini generis pluralis numeri, nihil differunt quo ad vocabulum, ſed quoad ſignificationem: Id fit in omnibus coniugationibus tam paſsiuis quàm actiuis.

DE TERTIA ORATIONIS PARTE, QVAM CONSIGNIFICATIuam Dictionem vocant.

COmprehenduntur ſub hac parta Pronomina, Aduerbia, Præpoſitiones, Coniunctiones, Interiectiones.

DE PRONOMINE.

Pronominum alia ſunt Abſoluta, quæ per ſe (etiamſi cum alijs dictionibus non componantur) ſu-

as habent ſignificationes. Alia ſunt Affixa: ea conſtant tantum literis aut ſyllabis, per ſe nihil, niſi nominibus aut verbis in fine affigantur, ſignificantibus.

PRONOMINA ABSOLVta primæ perſonæ.

Singul. Generis communis, אֲנִי & אָנֹכִי ego: שֶׁלִּי mei: לִי mihi: אוֹתִי me: מִמֶּנִּי & מֶנִּי à me. Pluraliter, אֲנַחְנוּ nos: שֶׁלָּנוּ noſtri: לָנוּ nobis: אוֹתָנוּ nos: מִמֶּנּוּ à nobis.

PRONOMINA ABSOLVta ſecundæ perſonæ.

Maſc. Sing. אַתָּה tu: שֶׁלְּךָ tui: לְךָ & לְכָה tibi: אוֹתְךָ & אוֹתְכָה te: מִמְּךָ à te: Et Pluraliter אַתֶּם vos: שֶׁלָּכֶם veſtri: לָכֶם vobis: אֶתְכֶם vos: מִכֶּם vel מִמְּכֶם à vobis.

Fœmi. Sing. אַתְּ tu: שֶׁלָּךְ tui: לָךְ tibi: אוֹתָךְ te: מִמֵּךְ et מִמָּךְ à te. Et plur.

אַתֶּן

אַתֵּן & אַתֵּנָה vos : שֶׁלָּכֶן veſtri : לָכֶן & לָכֵנָה vobis : אֶתְכֶן vos : מִכֶּן à vobis.

PRONOMINA ABSOLVta tertia Perſona.

Maſc. Sing. הוּא ille : שֶׁלּוֹ illius : לוֹ illi : אוֹתוֹ illum : מִמֶּנּוּ ab illo : Et Pluraliter הֵמָּה & הֵם illi : שֶׁלָּהֶם illorum : לָמוֹ & לָהֶם illis : אֶתְהֶם & אוֹתָם illos : מֵהֶם & מִנְהֶם ab & מֵהֵמָּה illis.

Fœmin. Singul. הִיא & הִוא illa : שֶׁלָּהּ illius ; לָהּ illi : אוֹתָהּ illam : מִמֶּנָּה ab illa. Et Pluraliter הֵן & הֵנָּה illæ : שֶׁלָּהֶן illarum : לָהֶן illis ; אֶתְהֶן & אוֹתָן illas ; מֵהֶן ab illis.

Alia quædam Pronomina abſoluta.

זוּ & זֶה is, iſte : זֹאת & זוֹ & זוֹת ea, iſta : אֵל & אֵלֶּה illi : אֵלֶּה hæ, iſtæ.

PRONOMINA AFFIXA.

Pronomina affixa subiunguntur nominibus & verbis: interdum etiam indeclinabilibus particulis, vt paulò ante dictum est: & sunt hæc.

Pronomina affixa primæ Personæ.

י meus, mei : נו noster, nostra : nostri, nostræ : ני me. vt, מִשְׁפַּחְתִּי cognatio mea ; עֲזַבְתַּנִי dereliquisti me, &c.

Pronomina affixa secundæ Personæ.

ךָ tuus, tibi, te : ךְ tua, tibi, te : כֶם vester, vobis, vos : כֶן vestra, vobis, vos ; vt אָחִיךָ frater tuus &c.

Pronomina affixa tertiæ Personæ.

ו & הוּ & נוּ eius, ei, eum : ם & מוֹ & הֶם eorum, eis, eos : ה & נָה eius, eam : ן earum, eas : vt אָבִיו pater eius &c.

DE

DE ADVERBIO.

ADVERBIA ſunt hæc ferè omnia.

¶ Loci פֹּה hîc, huc, שָׁם & שָׁמָּה ibi, illùc. מִשָּׁם inde תּוֹךְ intus. חוּץ foris, foràs. מֵאַיִן vnde. כֹּה hîc,huc,hinc illuc,illinc,quò. ¶ Tẽporis, הַיּוֹם hodie: מָחֳרַת et מָחָר cras: תְלוֹם & אֶתְמוֹל & אֶתְמוּל heri,nudiuſtertius: אֶמֶשׁ heri: בֹּקֶר manè: עֶרֶב veſperi: שִׁלְשׁוֹן nudiuſtertius: אָז tunc, עַתָּה nunc: תָּמִיד ſemper: עוֹד adhuc: כְּבָר iam, pridem: עַד vſq;,ſemper: מָתַי quando: כִּי & אֲשֶׁר & שֶׁ cum: פִּתְאֹם mox. ¶Negandi: לֹא & אַל et אֵין et בַּל & בְּלִי & בִּלְתִּי non. ¶ Affirmandi כֵּן ſic: אָמְנָם & אָמְנָה verè. ¶ Demonſtrandi: הֵן & הִנֵּה ecce. ¶ Optandi: לוּ & לוּא & לוּ vtinam: מִי יִתֵּן quis dabit: i. ô ſi. ¶ Hortandi, ſeu obſecrandi

אָנָּא & אָנָּה & נָא obſecro. ¶ Ordinis עוֹד adhuc, אַחַר poſtea. ¶ Interrogandi: הֲלֹא nonne? לָמָּה & מַדּוּעַ quare? אֵיךְ & אֵיכָה quomodo. ¶ Similitudinis: כְּמוֹ quaſi: כֵּן & כֹּה ſic.
¶ Qualitatis: טוֹב bene: רַע male: אֶמֶת verè: יָשָׁר rectè: נָכוֹן æque: בִּמְהֵרָה feſtinanter: בְּמִשְׁפָּט legitime: בְּחָכְמָה ſapienter: לָבֶטַח confidenter, ſecurè.
¶ Quantitatis: רַב & הַרְבֵּה multum: מְעַט parum: זְעֵר modicum: זְעֵיר paululum. ¶ Comparandi: יוֹתֵר magis. ¶ Vehementiæ: מְאֹד valde, maxime. ¶ Remiſsionis מְעַט מְעַט ſenſim: לְאַט lentè paulatim. ¶ Dubitandi אוּלַי forſan, אִם an. ¶ לְבַד ſeorſim. ¶ Congregandi יַחַד ſimul.
¶ Prohibendi: אַל ne לֹא non. ¶ Euentus: פֶּן ne fortè. ¶ Gentis: vt עִבְרִית Hebraicè: אֲרָמִית Syriacè: יְוָנִית Græcè: רוֹמִית Latinè: יְהוּדִית. Iudaicè &c. Reliqua Aduerbia Dictionarium ſuppeditabit. DE

DE PRÆPOSITIONE.

DE Præpositionibus hoc notandum, quòd quædam recipiant in fine affixa pronomina, instar nominum & verborum, vt ab עִם cum dicitur עִמִּי mecum: à בִּגְלַל propter dicitur בִּגְלָלוֹ propter eum. Sunt autem hę ferè omnes Præpositiones.

אֶל ad: עַל super: מִן à, ab, אֶת cum, בְּלֹא absq; בִּגְלַל propter: חוּץ extra, עֵבֶר trans, נֶגֶד coram, לִפְנֵי ante, נוֹכַח è regione, לְעֻמַּת contra, לְפִי secundum, לְמַעַן propter, סָבִיב per circuitum, הָלְאָה vltra, עִם cum, בְּעַד pro, בַּעֲבוּר propter, תַּחַת pro, אֵצֶל iuxta, בֵּין inter, אַחַר post, לְבַד præter.

DE CONIVNCTIONE.

 Con-

COniunctiones hæ ſunt. ¶ Copulatiuæ, Vau, ו & גַּם & אַף etiam. ¶ Diſiunctiua אוֹ aut. ¶ Continuatiua, כִּי אִם ſed. ¶ Aduerſatiua, אַפְעֲלְפִּי quamuis. ¶ Redditiuæ, כֵּן & כִּי & עַל & אַף & כִּי tamen, כִּי quanquam. ¶ Cauſales, אִם ſi, לוּלֵי & לוּלֵא niſi. ¶ Rationales, כִּי quia, quòd, לְמַעַן vt: עֵקֶב & יַעַן propterea, eò, אֲשֶׁר & שֶׁ quòd, &c.

DE INTERIECTIONE.

INteriectionum ſignificationes hæ ſunt. ¶ Dolentis, הוֹי & הוֹ & אוֹי & הִי & אִי & אֲבוֹי Væ: אֲהָה & אַח ah, heu, הָה heu.

¶ Gaudentis, הֶאָח euge. ¶ Exclamantis, אִי ô. ¶ Admirantis, אֵיכָה et אֵיךְ quomodo, הֲ an. ¶ Blandientis, אָנָּה אָנָּא & נָא obſecro. &c.

DE

DE NVMERIS Hebræorum.

Habent Hebræi numeros cardinales & ordinales, qui in Dictionario ſuis locis reperiuntur. Numerant autem etiam per literas, hoc modo:

10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א

100	90	80	70	60	50	40	30	20
ק	צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ

400	300	200
ת	ש	ר

Deinde numeros hoſce componunt:

19	18	17	16	15	14	13	12	11
יט	יח	יז	יו	טו	יד	יג	יב	יא

900	800	700	600	500		22	21
תתק	תת	תש	תר	תק	&c.	כב	כא

Qui-

Quidam etiam per finales literas ſic numerant: ſed rarius tamen.

900	800	700	600	500
ץ	ף	ן	ם	ך

Millenarium numerum ſignant per Aleph, cui interdum virgulam in capite inſcribunt.

MODVS INVESTIGANDI RADIcem ſeu Thema.

AD inueſtigationem thematis ſeu radicis, ſcire oportet, quæ literæ dicanturRadicales,hoc eſt,quę perpetuò ad radicem pertineant, & quæ ſint ſeruiles,id eſt,quæ ſeruiant ad formationem & inflexionem Nominum & verborum, alijſq; de cauſis verborum & nominum (aut aliarum etiam partium orationis)

Thematibus iungantur. Oportet autem etiam earum literarum officia probè tenere.

Hæ vndecim literæ ſemper ſunt radicales.

גר זחט סעפצקר

Hæ vndecim literæ vocantur ſeruiles:

אבהו יכלמנשת

OFFICIA LITERARVM Seruilium.

¶ א ſeruit tantum initio dictionis, & interdum facit primam perſonam futuri, ſingularis numeri, vt אֶפְקוֹד viſitabo, interdũ conſtituit nomen, vt אֶזְרוֹעַ brachium. ¶ ב ſeruit à principio dictionis, & eſt Prępoſitio in (vel) cum, vt בְּבֵאשִׁית. in principio. ¶ ה in principio dictionis interdum eſt Articulus genit. caſus, vt הַמֶּלֶךְ regis:

gis: additur etiam alijs caſibus emphaticè, vt הָאָדָם homo ille: non rarò eſt nota interrogationis, vt הֲלֹא an non? conſtituit etiam tertiam coniugationem, Hiphil appellatam, vt הֶאֱכִיל cibauit. In fine deſignat fœmininum genus tàm in verbis quã nominibus, vt צְדָקָה iuſticia: aut eſt relatiuum pronomen fœmininum, vt אִישָׁהּ vir eius: interdum ſignificat motum ad locum, vt אַרְצָה ad terram: ſæpè etiam ocioſè ſeu paragogicè additur tàm nominibus, quàm verbis, vt אֶשְׁמְרָה cuſtodiam. ¶ ו à principio eſt coniunctio copulatiua, quæ in verbis plerunq; conuertit præteritum in futurum, & futurum in præteritum, vt וְשָׁמַר & cuſtodiet. Eadem dictioni inſerta conſtituit nomina & participia, vt שׁוֹמֵר cuſtos. In fine denotat pluralem numerum, vt פָּקְדוּ viſitarunt:
aut

aut pronomen affixum, eius, ei, eum, vt לַחְמוֹ panis eius. ¶ י à principio eſt nota tertiæ perſonæ futuri, vt יְדַבֵּר loquetur: conſtituit etiam nomina, vt יִצְחָק Iſaac: dictioni inſerta, verbalia nomina format, vt צַדִּיק iuſtus. In fine dictionis aut eſt pronomen affixum, meus, mea, meum, mei, vt בֵּיתִי domus mea, &c. aut nomen gentile efficit, vt מִצְרִי Ægyptius: deſinunt etiam quædam perſonæ verborum in Iod, vt שִׁמְעִי audi: quandoq; etiam paragogicè adijcitur vocabulis. ¶ כ à fronte eſt aduerbium ſimilitudinis, ſicut: vt כַּכֹּהֵן ſicut ſacerdos: à fine valet pronomen, tuus, tua, tuum, tibi, te, &c. vt אִשְׁתְּךָ vxor tua. ¶ ל eſt articulus (à principio dictionis) Datiui caſus vt לְמֶלֶךְ Regi: conſtituit etiam gerundia in dum, vt לִפְקוֹד ad viſitandum. ¶ מ à fronte valet, ab, de, &c.

&c. vt מִסְפָּר de libro: efficit etiam comparatiuum gradum, de qua re ſupra in nominibus; & format nomina ac participia, vt מְדַבֵּר loquens. A fine conſtituit aduerbia, vt יוֹמָם interdiu. ¶ נ ab initio facit paſsiuam primam coniugationem, vt נִפְקַד viſitatus eſt: aut primam perſonam futuri pluralem, vt נִפְקוֹד viſitabimus. A fine valet, earum, eas, vt אֲהוּבָן dilectus earum. Aut conſtituit nomen, vt חָבֹן ira. ¶ ש ab initio eſt relatiuum, qui, quæ, quod, idque per omnes caſus, vt שֶׁהַמְדַבֵּר qui loquor: aut eſt coniunctio, quòd, vt שֶׁהָרַג eo quòd occiderit. ¶ ת à fronte aut efficit ſecundam & tertiam perſonam futuri, vt תִּפְקוֹד viſitabis: aut conſtituit nomen, vt תַּלְמוּד doctrina. A fine deſignat ſecundam perſonam præteriti, vt פָּקַדְתָּ viſitaſti. Aut format nomen vel participium, vt

nim,vt מִשְׁמֶרֶת custodia. Sæpe etiam Infinitiui desinunt in thau, vt עֲשׂוֹת facere, &c.

Nota. Ex his Seruilibus literis syllabæ fiunt, hæ nimirum: וֹת יִם הִת נָה הוּ נוּ נִי תֶם תִי מוֹ הֶם כֶן כֶם אֶת: quarum הִת & אֶת à principio, reliquæ omnes à fine seruiunt, ad formationes temporum, casuum, & exprimenda Pronomina: quæ omnia vsus, artium magister, docebit.

REGVLAE ALIQVOT AD inuestigationem Thematis vtiles.

I. Quælibet Radix constat regulariter tribus literis.

II. Quare si plures in dictione videris, superfluas abijcere: sin pauciores, deficientes quærere oportet.

III. Abijce igitur primò eas, quas vel partes indeclinabiles esse, vel ad formationem nominum, con-

iugationum, aut temporum adiectas iudicas, à principio, medio, aut fine. IIII. Ac ſi tres reſiduæ fuerint, ex illis præſertim, quæ ſemper ſunt Radicales, iam inueniſti Thema. V. Si duas tantùm videris, tum aut præpone Nun, vel Iod: aut interſere vau: aut poſtpone he: aut duplica ſecundam literam. V. Si vna tantùm litera remanſerit, præpone Nun vel Iod, & poſtpone he, & prodibit radix, ſeu thema.

VI. Quandoq; cognatæ literæ in cognatas mutandæ ſunt, vt ש in ס: & ק in כ: & contrà. VII. Transpoſitione etiam duarum vltimarum thema eruitur. VIII. In verbis quæ literas radicales quatuor habere videntur, interdum poſteriores duas abijce, & quære deinde thema iuxta quartam Regulam: ſed tres poſtremæ Regulæ rariùs veniunt

unt vſurpandæ. Nota. Dictiones לָכֶת & לַתַע interdum ל abijciunt.

FORMVLÆ CONIVGATIONVM HEbraicarum.

NE Enchiridij modum excederem, libuit omnes quidem Coniugationes, earumq; modos & tempora deſcribere, omiſsis tamen interdum ijs perſonis, quæ ex Analogia cuiusq; coniugationis facillime formari poſſunt, præſertim ab eo, qui primam actiuam coniugationem perfectam memoriæ mandauit: quam hoc loco repetendam duxi, ne hæc poſtrema opuſculi pars imperfecta videretur. Cæterum has Coniugationes à dextra ad ſiniſtram verſus (Hebræo more) leges. Modorum & temporum ap-

pellationes Hebraicæ in prima Coniugatione (quæ eſt compendio inſerta) interpretati ſumus.

PRIMVS ORDO VERBORVM PERfectorum פָּקַד.

I. Coniugatio Actiua Kal.

¶ עָבָר) פָּקַד פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי פָּקְדוּ פְּקַדְתֶּם
פָּקַדְנוּ פָּקְדָה פָּקַדְתְּ פְּקַדְתֶּן : ¶ בֵּינוֹנִי)
פּוֹקֵד פּוֹקְדִים : פּוֹקְדָה vel פּוֹקֶדֶת פּוֹקְדוֹת:
¶ פָּעוּל) פָּקוּד פְּקוּדִים : פְּקוּדָה פְּקוּדוֹת :
¶ מָקוֹר) פָּקוֹד בִּפְקוֹד כִּפְקוֹד לִפְקוֹד מִפְּקוֹד:
¶ צִוּוּי) פְּקוֹד פִּקְדוּ : פִּקְדִי פְּקוֹדְנָה: ¶ עָתִיד)
אֶפְקוֹד יִפְקוֹד תִּפְקוֹד : נִפְקוֹד יִפְקְדוּ תִּפְקְדוּ
תִּפְקוֹד תִּפְקְדִי תִּפְקוֹדְנָה :

I. Coniugatio Paſsiua Niphal.

¶ עָבָר) נִפְקַד נִפְקַדְתָּ נִפְקַדְתִּי נִפְקְדוּ
נִפְקַדְתֶּם נִפְקַדְנוּ : נִפְקְדָה נִפְקַדְתְּ נִפְקַדְתֶּן :
¶ בֵּינוֹנִי) נִפְקָד נִפְקָדִים: נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת
נִפְקָדוֹת

נִפְקָרוֹת ¶ פָּעוּל) caret. ¶ מָקוֹר) הִפָּקֵד
בְּהִפָּקֵד כְּהִפָּקֵד לְהִפָּקֵד מֵהִפָּקֵד ¶ צִוּוּי)
הִפָּקֵד הִפָּקְדוּ : הִפָּקְדִי הִפָּקַדְנָה : ¶ עָתִיד)
אֶפָּקֵד יִפָּקֵד תִּפָּקֵד : נִפָּקֵד יִפָּקְדוּ תִּפָּקְדוּ
תִּפָּקֵד תִּפָּקְדִי תִּפָּקַדְנָה :

II. Coniugatio Actiua Piel.

¶ עָבָר) פִּקֵּד פִּקַּדְתָּ פִּקַּדְתִּי : פִּקְדוּ
פִּקַּדְתֶּם פִּקַּדְנוּ פִּקְּדָה פִּקַּדְתְּ פִּקַּדְתֶּן :
¶ בֵּינוֹנִי) מְפַקֵּד מְפַקְּדִים : מְפַקְּדָה vel
מְפַקֶּדֶת : מְפַקְּדוֹת : ¶ פָּעוּל) מְפֻקָּד מְפֻ
קָּדִים : מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת : מְפֻקָּדוֹת :
¶ מָקוֹר) פַּקֵּד בְּפַקֵּד כְּפַקֵּד לְפַקֵּד מִפַּקֵּד :
¶ צִוּוּי) פַּקֵּד פַּקְּדוּ פַּקְּדִי פַּקֵּדְנָה : ¶ עָתִיד)
אֲפַקֵּד יְפַקֵּד תְּפַקֵּד : נְפַקֵּד יְפַקְּדוּ : תְּפַקְּדוּ
תְּפַקֵּד תְּפַקְּדִי תְּפַקֵּדְנָה :

II. Couiugatio Pasſiua Pual.

¶ עָבָר) פֻּקַּד פֻּקַּדְתָּ פֻּקַּדְתִּי : פֻּקְּדוּ
פֻּקַּדְתֶּם פֻּקַּדְנוּ : פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתְּ פֻּקַּדְתֶּן :
¶ בֵּינוֹנִי) פֻּקָּד פֻּקָּדִים : פֻּקָּדָה vel פֻּקֶּדֶת :

פְּקֻדוֹת ¶ פָּעוּל) caret. ¶ צִוּוּי) caret.
¶ מָקוֹר) פְּקוֹד reliqua deſiderantur.
¶ עָתִיד) אֲפֻקַּד יְפֻקַּד תְּפֻקַּד : נְפֻקַּד יְפֻקְּדוּ
תְּפֻקְּדוּ : תְּפֻקַּד תְּפֻקְּדִי תְּפֻקַּדְנָה :

III. Coniugatio actiua Hiphil.

¶ עָבָר) הִפְקִיד הִפְקַדְתָּ הִפְקַדְתִּי : הִפְקִידוּ
הִפְקַדְתֶּם הִפְקַדְנוּ : הִפְקִידָה הִפְקַדְתְּ הִפְקַדְתֶּן :
¶ בֵּינוֹנִי) מַפְקִיד מַפְקִידִים : מַפְקִידָה vel
מַפְקֶדֶת : מַפְקִידוֹת : פָּעוּל) מֻפְקָד מֻפְקָדִים :
מֻפְקָדָה vel מֻפְקֶדֶת מֻפְקָדוֹת : ¶ מָקוֹר)
הַפְקֵד כְּהַפְקִיד לְהַפְקִיד מֵהַפְקִיד :
¶ צִוּוּי) הַפְקֵד הַפְקִידוּ : הַפְקִידִי הַפְקֵדְנָה :
¶ עָתִיד) אַפְקִיד יַפְקִיד תַּפְקִיד : נַפְקִיד יַפְקִידוּ
תַּפְקִידוּ תַּפְקִיד תַּפְקִידִי תַּפְקֵדְנָה :

III. Coniugatio Paſsiua Hophal.

¶ עָבָר) הָפְקַד הָפְקַדְתָּ הָפְקַדְתִּי : הָפְקְדוּ
הָפְקַדְתֶּם הָפְקַדְנוּ : הָפְקְדָה הָפְקַדְתְּ הָפְקַדְתֶּן :
¶ מָקוֹר) הָפְקֵד : ¶ עָתִיד) אָפְקַד יָפְקַד תָּפְקַד :
נפקד

נִפָּקֵר יִפָּקְרוּ תִּפָּקְרוּ : תִּפָּקֵר תִּפָּקְרִי תִּפָּקַרְנָה :

Reliqua omnia desiderantur.

IIII. Coniugatio Hithpael.

¶ עָבָר) הִתְפַּקֵּר הִתְפַּקַּרְתָּ הִתְפַּקַּרְתִּי :
הִתְפַּקְּרוּ הִתְפַּקַּרְתֶּם הִתְפַּקַּרְנוּ : הִתְפַּקְּרָה
הִתְפַּקַּרְתְּ הִתְפַּקַּרְתֶּן : ¶ בֵּינוֹנִי) מִתְפַּקֵּר
מִתְפַּקְּרִים : מִתְפַּקְּרָה vel מִתְפַּקֶּרֶת מִתְפַּקְּרוֹת :
¶ מָקוֹר) הִתְפַּקֵּר בְּהִתְפַּקֵּר כְּהִתְפַּקֵּר לְהִתְפַּקֵּר
מֵהִתְפַּקֵּר : ¶ צִוּוּי) הִתְפַּקֵּר הִתְפַּקְּרוּ : הִתְפַּקְּרִי
הִתְפַּקַּרְנָה : ¶ עָתִיד) אֶתְפַּקֵּר יִתְפַּקֵּר תִּתְפַּקֵּר :
נִתְפַּקֵּר יִתְפַּקְּרוּ תִּתְפַּקְּרוּ תִּתְפַּקֵּר תִּתְפַּקְּרִי
Reliqua non sunt in vsu. תִּתְפַּקַּרְנָה

Nota. In hac coniugatione, si prima radicalis fuerit vna ex his literis, ש צ ס ז tum syllaba הִתְ disiungitur, & prima radicalis interponitur: vt הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְשַׁמֵּר. Et si prima radicalis fuerit צ, vertitur ת in ט: si fuerit ז, vertitur ת in ד, vt הִזְדַּמֵּן pro הִתְזַמֵּן.

SECVNDVS ORDO DEFICIENTIVM pe nun. נָגַשׁ

I. Coniugatio Defectiuorum pe nun. Actiua Kal.

¶ עָבָר) נָגַשׁ. נָגַשְׁתָּ Nihil differt à perfectis, &c. ¶ בֵּינוֹנִי) נוֹגֵשׁ. &c. ¶ פָּעוּל) נָגוּשׁ. &c. ¶ מָקוֹר) גֶּשֶׁת בְּגֶשֶׁת כְּגֶשֶׁת לָגֶשֶׁת מִגֶּשֶׁת: ¶ צִוּוּי) נְגַשׁ vel גַּשׁ: גְּשׁוּ גְּשִׁי גַּשְׁנָה: ¶ עָתִית) אֶגַּשׁ יִגַּשׁ תִּגַּשׁ: נִגַּשׁ יִגְּשׁוּ תִּגְּשׁוּ: תִּגַּשׁ תִּגְּשִׁי תִּגַּשְׁנָה:

Obſerua in quibus temporibus litera Nun abijciatur.

Reliquas perſonas breuitatis ſtudio omiſimus, quòd iuxta Analogiam facilimè formentur. Eandem rationem ſeruabimus etiam in ſequentibus Coniugationibus.

I. Coniugatio Paſsiua Defect. Pe Nun Niphal.

¶ עבר

¶ עָבָר) נִגַּשׁ נִגַּשְׁתָּ &c: ¶ בֵּינוֹנִי)
נִגָּשׁ &c: ¶ מָקוֹר) הִנָּגֵשׁ ¶ צִוּוּי) הִנָּגֵשׁ :
¶ עָתִיד) אֶנָּגֵשׁ יִנָּגֵשׁ : &c.

II. Coniug. Actiua. Defect. Pe Nun Piel.

¶ עָבָר) נִגֵּשׁ : ¶ בֵּינוֹנִי) מְנַגֵּשׁ :
¶ פָּעוּל) מְנֻגָּשׁ : ¶ מָקוֹר) נַגֵּשׁ : ¶ צִוּוּי)
נַגֵּשׁ : ¶ עָתִיד) אֲנַגֵּשׁ : &c

II. Coniug. Paſsiua. Defec. pe nun pual.

¶ עָבָר) נֻגַּשׁ : ¶ בֵּינוֹנִי) מְנֻגָּשׁ :
מָקוֹר) נֻגּוֹשׁ : ¶ עָתִיד) אֲנֻגַּשׁ &c:

III. Coniug. Actiua. Defect. pe nun Hiphil. Hîc rurſus abijcitur Nun.

¶ עָבָר) הִגִּישׁ : ¶ בֵּינוֹנִי) מַגִּישׁ ;
¶ פָּעוּל) מֻגָּשׁ : ¶ מָקוֹר) הַגֵּשׁ : ¶ עָתִיד)
אַגִּישׁ &c:

III. Coniug. Paſsiua. Defect. pe nun Hophal. & hîc abijcitur Nun.

¶ עָבָר) הֻגַּשׁ : ¶ מֻקוֹר) הֻגּוֹשׁ: ¶ עָתִיד)
אֻגַּשׁ : &c. Cætera carent.

IIII. Coniug. Defe. pe nun
Hithpael.

¶ עָבָר) הִתְנַגֵּשׁ : ¶ בֵּינוֹנִי) מִתְנַגֵּשׁ :
¶ מָקוֹר) הִתְנַגֵּשׁ : ¶ צִוּוּי) הִתְנַגֵּשׁ: ¶ עָתִיד)
אֶתְנַגֵּשׁ : &c

Iuxta has formulas coniugantur etiam verba à Iod incipientia, quorum ſecunda radicalis eſt Zade, vt יָצַר: abijciunt enim Iod, ſicut verba à nun incipientia abijciunt literam nun.

TERTIVS ORDO QVIESCENTIVM IN pe aleph & pe iod. אָכַל

I. Kal. Quieſcentium pe א.

¶ עָבָר) אָכַל אַכַלְתָּ &c: ¶ בֵּינוֹנִי)
אוֹכֵל : ¶ פָּעוּל) אָכוּל: צִוּוּי) אֱכוֹל :
¶ מקור)

¶ מָקוֹר) אָכוֹל בֶּאֱכוֹל : ¶ עָתִיד) אֹכַל יֹאכַל &c. Hinc pronunciando dissimulatur litera aleph, quasi non esset scripta.

I. Niphal. Quiescent. pe aleph.

¶ עָבָר) נֶאֱכַל : ¶ בֵּינוֹנִי) נֶאֱכָל :
¶ מָקוֹר) הֵאָכֵל : ¶ צִוּוּי) הֵאָכֵל :¶ עָתִיד) אֵאָכֵל &c:

II. Piel. Quiescentium pe aleph.

¶ עָבָר) אִכֵּל : ¶ בֵּינוֹנִי) מְאַכֵּל :
¶ פָּעוּל) מְאֻכָּל : ¶ מָקוֹר אַכֵּל : ¶ צִוּוּי) אַכֵּל : ¶ עָתִיד) אֲאַכֵּל &c:

II. Pual. Quiescent. pe aleph.

¶ עָבָר) אֻכַּל : ¶ בֵּינוֹנִי) אֻכָּל : ¶ מָקוֹר) אֻכּוֹל : ¶ עָתִיד) אֲאֻכַּל &c.

III. Hiphil. Quiescentium pe aleph.

¶ עָבָר) הֶאֱכִיל : ¶ בֵּינוֹנִי) מַאֲכִיל) ¶ פָּעוּל) מַאֲכוּל : ¶ מָקוֹר) הַאֲכִיל בְּהַאֲכִיל

בְּהַאֲכִיל &c: ¶ צִוּוּי) הַאֲכֵל הַאֲכִילוּ: &c:
¶ עָתִיד) אַאֲכִיל: &c:

III. Hophal. Quieſcentium pe in aleph.

¶ עָבָר) הָאֳכַל: ¶ מָקוֹר) הָאֳכֵל:
¶ עָתִיד) הָאֳכַל Cætera carent, &c:

IIII. Hithpael. Quieſcent: pe aleph.

¶ עָבָר) הִתְאַכֵּל: ¶ בֵּינוֹנִי) מִתְאַכֵּל
מָקוֹר) הִתְאַכֵּל: ¶ צִוּוּי) הִתְאַכֵּל: ¶ עָתִיד)
אֶתְאַכֵּל: &c:

I. Kal. Quieſcentium pe iod.

יָשַׁב ¶ עָבָר) יָשַׁב יָשַׁבְתָּ: &c: ¶ בֵּינוֹנִי)
יוֹשֵׁב: ¶ פָּעוּל) יָשׁוּב: ¶ מָקוֹר) שֶׁבֶת
בְּשֶׁבֶת: &c: ¶ עָתִיד) אֵשֵׁב יֵשֵׁב: &c:

Obſerua, quando interdum abijciatur, interdum diſsimuletur litera Iod.

I. Niphal. Quieſcentium pe Iod.

¶ עָבָר) נוֹשַׁב: ¶ בֵּינוֹנִי) נוֹשָׁב:
¶ מקור

¶ מָקוֹר) הִוָּשֵׁב : צִוּוּי) הִוָּשֵׁב : ¶ עָתִיד)
אִוָּשֵׁב : &c.

Hic litera Iod in Vau mutatur.

II. Piel. Quiescentium pe iod.

¶ עָבָר) יִשֵּׁב : ¶ בֵּינוֹנִי) מְיַשֵּׁב :
¶ פָּעוּל) מְיֻשָּׁב : ¶ מָקוֹר) יַשֵּׁב : ¶ צִוּוּי)
יַשֵּׁב : ¶ עָתִיד) אֲיַשֵּׁב &c:

II. Pual. Quiescentium in pe Iod.

¶ עָבָר) יֻשַּׁב : ¶ בֵּינוֹנִי) יֻשָּׁב : ¶ מָקוֹר)
יֻשּׁוֹב : ¶ עָתִיד) אֲיֻשַּׁב &c:

III. Hiphil. Quiescentium pe iod.

¶ עָבָר) הוֹשִׁיב : ¶ בֵּינוֹנִי) מוֹשִׁיב :
¶ פָּעוּל) מוּשָׁב : ¶ מָקוֹר) הוֹשִׁיב : ¶ צִוּוּי :
הוֹשִׁיב : ¶ עָתִיד) אוֹשִׁיב : &c

Hic rursus Iod in Vau mutatur.

III. Hophal. Quiescentium in pe iod.

¶ עָבָר) הוּשַׁב : ¶ מָקוֹר) הוּשַׁב
¶ עתיד

¶ עָתִיד) אוּשֵׁב ׃ &c. Et in hac coniug. iod in vau mutatur.

IIII. Hithpael. Quieſcentium in pe iod.

¶ עָבָר) הִתְיַשֵּׁב ׃ ¶ בֵּינוֹנִי) מִתְיַשֵּׁב
¶ מָקוֹר) הִתְיַשֵּׁב ׃ ¶ צִוּוּי) הִתְיַשֵּׁב ׃ ¶ עָתִיד)
אֶתְיַשֵּׁב ׃ &c

Nota. Quæ à iod incipiunt, & ſecundam radicalem habent zade, non ad hunc tertium, ſed ad ſecundum ordinem pertinent, vt paulò antè dictum eſt.

QVARTVS ORDO QVIESCENTIVM in ain vau. בָּן

Huc pertinent etiam, quorum ſecunda Radicalis eſt iod.

I. Kal. Quieſcentium in ain vau.

¶ עבר

¶ עָבָר) בַּן בַּנְתָּ בַּנְתִּי : בַּנּוּ בַּנְתֶּם
בַּנְנוּ vel בַּנּוּ : בָּנָה בָּנְתָ בַּנְתֶּן : Hic ab-
ijcitur litera Iod.

Exempla quorundam quæ paulò aliter flectuntur.

מֵת ¶ עָבָר) מֵת מַתָּ מַתִּי : מֵתוּ מַתֶּם
מַתְנוּ : מֵתָה מַתְּ מַתֶּן :
אוֹר ¶ עָבָר) אוֹר אַרְתָּ אַרְתִּי : אוֹרוּ &c.
¶ עָבָר) גִּיחַ גַּפְתָּ גַּפְתִּי &c.
¶ בֵּינוֹנִי) בָּן בָּנִים &c. : Aliud מֵת
מֵתִים &c. : Aliud טוֹב טוֹבִים &c.
¶ פָּעוּל) בּוּן בּוּנִים &c. ¶ מָקוֹר) בּוֹן
בְּבִין &c. ¶ צִוּוּי) בִּין בִּינוּ &c. ¶ עָתִיד)
אָבוֹן יָבוֹן &c.

I. Niphal. Quiescentium in ain vau.

¶ עָבָר) נָבוֹן נְבוּנוֹתָ נְבוּנוֹתִי : נָבוֹנוּ
נְבוּנוֹתֶם נְבוּנוֹנוּ : נְבוֹנָה נְבוּנוֹת נְבוּנוֹתֶן :
¶ בֵּינוֹנִי) נָבוֹן נְבוֹנִים &c. ¶ מָקוֹר) הִבּוֹן
בְּהִבּוֹן &c ¶ צִוּוּי) הִבּוֹן ¶ עָתִיד) אֶבּוֹן יִבּוֹן
&c.

I. Piel.

I. Piel. Quieſcentium in Ain vau: quæ coniugatio etiam Quadratá dicitur, in priori forma בּוֹנֵן.

¶ עָבָר (בּוֹנֵן בּוֹנַנְתָּ : &c. Aliud.
קֵיֵם קַיַּמְתָּ : &c. ¶ בֵּינוֹנִי (מְבוֹנֵן : ¶ פָּעוּל (
מְבוֹנָן : ¶ מָקוֹר. (בּוֹנֵן בֵּבוֹנֵן : ¶ צִוּוּי (
בּוֹנֵן : ¶ עָתִיד. (אֲבוֹנֵן יְבוֹנֵן : &c. Ob-
ſerua, quod vltima litera radicalis duplicetur.

II. Pual. Quieſcentium in ain vau. Hæc coniugatio à Priore Piel, quoad inflexionem vocum nihil differt: paſsiuam tamen habet ſignificationem.

III. Hiphil. Quieſcentium in ain vau.

¶ עָבָר (הֵבִין הֲבִנֹתָ הֲבִנֹתִי : הֵבִינוּ
הֲבִנֹתֶם הֵבִינוּ : הֵבִינָה הֲבִנֹת הֲבִנֹתֶן :
Aliud : הֵשִׁיב הֲשִׁיבֹתָ הֲשִׁיבוֹתִי : הֵשִׁיבוּ
הֲשִׁיבוֹתֶם הֲשִׁיבוֹנוּ : הֵשִׁיבָה הֲשִׁיבוֹתָ
השיבותן :

הֲשִׁיבוֹתֶן : Aliud הֵבִיא הֵבֵאתָ הֵבֵאתִי
הֵבִיאוּ הֲבֵאתֶם הֲבֵאנוּ: הֵבִיאָה הֵבֵאת הבאתי:
Aliud : הֵרַע הֵרַעְתָּ הֵרַעְתִּי : הֵרְעוּ הֲרַעְתֶּם
הֲרַעְנוּ : הֵרְעָה הֵרַעַתְּ הֲרַעְתֶּן : ¶ בֵּינֹנִי)
מֵבִין : Aliud מֵרַע מְרֵעִים : ¶ פָּעִיל) מוּבָן :
¶ מָקוֹר) הָבֵן בְּהָבִין &c : ¶ צִוּוּי) הָבֵן
הָבִינוּ : הָבִינִי הֲבֵנָּה : ¶ עָתִיד) אָבִין יָבִין &c :

III. Hophal. Quiescentium in ain, vau.

¶ עָבָר) הוּבַן : ¶ מָקוֹר) הוּבַן : ¶ עָתִיד)
אוּבַן יוּבַן : &c

IIII. Hithpael. Quiescentium in ain vau.

¶ עָבָר) הִתְבּוֹנֵן ¶ בֵּינוֹנִי) מִתְבּוֹנֵן :
¶ מָקוֹר) הִתְבּוֹנֵן : ¶ צִוּוּי) הִתְבּוֹנֵן : ¶ עָתִיד)
אֶתְבּוֹנֵן יִתְבּוֹנֵן : &c Hic rursus vltima
radicalis duplicatur.

QVINTVS ORDO, QVIESCENTIVM IN lamed aleph & he. מָצָא.

I. Kal. Quiescentium in lamed aleph.

¶ עָבָר) מָצָא מָצָאתָ מָצָאתִי : מָצְאוּ מ
מְצָאתֶם מָצָאנוּ : מָצְאָה מָצָה מְצָאתֶן; ב
¶ בֵּינוֹנִי) מוֹצֵא מוֹצְאִים : מוֹצֵאת vel מו
מוֹצְאָה : מוֹצְאוֹת : ¶ פָּעוּל) מָצוּא מְצוּאִים
&c. ¶ מָקוֹר) מְצֹאת בִּמְצֹאת : &c ¶ צִוּוּי)
מְצָא מִצְאוּ : &c ¶ עָתִיד) אֶמְצָא יִמְצָא :
Hic aleph in pronunciando &c: dissimulatur.

I. Niphal. Quiescentium in lamed aleph.

¶ עָבָר) נִמְצָא נִמְצֵאתָ; &c ¶ בֵּינוֹנִי)
נִמְצָא נִמְצָאִים : ¶ מָקוֹר) הִמָּצֵאת בְּהִמָּצֵאת:
¶ צִוּוּי) הִמָּצֵא : ¶ עָתִיד) אֶמָּצֵא יִמָּצֵא: &c

II. Piel. Quiescentium in lamed aleph.

¶ עבר)

¶ עָבָר) מִצֵּא מִצֵּאתָ &c: ¶ בֵּינוֹנִי)
מְמַצֵּא : ¶ פָּעוּל) מְמֻצָּא : ¶ מָקוֹר) מַצֵּאת
בְּמַצֵּאת : ¶ צִוּוּי) מַצֵּא : ¶ עָתִיד) אֲמַצֵּא
יְמַצֵּא &c.

II. Pual. Quieſcentium in lamed aleph.

¶ עָבָר) מֻצָּא מֻצֵּתָ : ¶ בֵּינוֹנִי) מצא :
¶ מָקוֹר) מֻצֵּית : ¶ עָתִיד) אֲמֻצָּא יְמֻצָּא
&c.

III. Hiphil Quieſcentium in lamed aleph.

¶ עָבָר) הִמְצִיא הִמְצֵאתָ הִמְצֵאתִי :
הִמְצִיאוּ הִמְצֵאתֶם הִמְצֵאנוּ: הִמְצִיאָה הִמְצֵאת
הִמְצֵאתֶן : ¶ בֵּינוֹנִי) מַמְצִיא : ¶ פָּעוּל) מ
